C Illis at̄ quoꝝ zenith est ī polo arctico cōtingit q̄ illoꝝ horizon est idē qd̄ ægnoctialis. Vnde cū ægnoctialis ītersecet zodiacū in duas ptes æquales: sic & illoꝝ horizō relinq̄t medietatē zodiaci supra: & reliquā infra. Vnde cū sol de currat p̄ illā medietatē: q̄ est a p̄cipio arietis vſq̄ ī finē virginis: vñ⁹ erit dies cōtinuus sine nocte: & cum sol decurrit in illa medietate quæ est a p̄cipio libræ vſq̄ ī finē pisciū erit nox una cōtinua sine die. Quare & una medietas totius aī est una dies artificialis: & alia medietas ē vna nox. Vnde totus aīnus ē ibi vnuſ dies naturalis. Sed cū ibi nūquā magis. xxiiii. gradib⁹ sol sub horizōte deprimat̄ videt̄ q̄ illis sit dies cōtinu⁹ sine nocte. Nā & nobis dīes dicit̄ ante solis ortū supra horizontē. Hoc aut̄ est quātum ad uulgarē sensibiliitatē. Nō. n. est dies artificialis quātū ad physicā rationē nī si ab ortu solis vſq̄ ad occasum eius sub horizōte. Ad hoc iteꝝ q̄ lux uidet̄ ibi esse perpetua qm̄ dies est antequā leueꝝ sup terrā p. xviii. gradus ut dicit Ptolome⁹. Alii vero magistri dicunt. xxx. scilicet p̄ quātitatem vnius signi. Dicēdū q̄ aer ē ibi nubilosus & spiffus. Radi⁹. n. solatis ibi existēs debilis virtutis magis de uaporibus eleuat quā possit cōsumere: unde aerem non serenat: & non est dies.


C Dēdiuſione climatum.

C Imagineat̄ etiā aliud circulus in superficie terræ directe suppositus ægnoctiali. Intelligat̄ etiā aliud circulus in superficie terræ trāiens per orientem: & occidentem: & p̄ polos mundi. Iste duo circuli interficiant se se in duob⁹ locis ad angulos rectos sphærales: & dividunt totā terrā in quatuor quartas: quæ vna est nostra habitabilis illa scilicet quæ intercipit inter semicirculū ductū ab oriente in occidente p̄ polum arcticū. Nec tñ illa quarta tota est habitabilis qm̄ partes illius propinquæ ægnoctiali inhabitabiles sunt propter nimium calorem. Similē ptes eius propinquæ polo arctico inhabitabiles sunt pp nimia frigiditatē. Intelligat̄ ergo una linea media æquidistans ab æquinoctiali diuidēs partes quartæ inhabitabiles pp calorem a partibus habitabilib⁹: q̄ sunt versus septētrionem. Intelligat̄ etiam alia linea eqdistanta a polo arctico diuidens ptes quartæ inhabitabiles: quæ sunt versus septentriōem: propter frigus a partibus habitabilibus quæ sint versus æquinoctiale. Inter istas ēr duas lineas extremas intelligantur sex lineæ parallellæ æquinoctiali quæ cum

duabus prioribus dividunt partem totalem quartam habitabilem in septem portiones quae dicuntur septem climata prout in praesenti patet figura.

C Dicit autem clima terrarum spaciū terræ per quātū sensibiliter variat horologiū. Idem namque dies aestiuus aliquantus: qui est in una regione; & sensibiliter minor in regione propinquior austro. Spacium igitur tantum quantum incipit dies idem sensibiliter variari dicitur clima. Nec est idem horologium cum principio & fine huius spaciū obseruatū. Horæ enim diei sensibiliter variatur. que & horologii. Medium igitur primi climatis est ubi maxima dici prolixitas est. xiii. horarum. & elevatio poli mūdi supra circulum hemisphaerii gradib⁹. xvi. & dicitur clima diameroes a metropoli ciuitate initius ei⁹ est ubi diei maioris prolixitas est. xii. horas. & dimidiæ & quartæ vnius horæ & elevatur polus super horizontem gradib⁹. xiii. & dimidiæ & quartæ unius gradus. Et extendit ei⁹ latitudo usque ad locum ubi longitudine pli xioris diei est. xiii. horarum: & quartæ vnius: & elevat polus supra horizontem gradibus. xx. & dimidio quod spaciū terræ est. cccclx. miliaria. Mediū autem secundi climatis est ubi maior dies est. xiii. horas & dimidiæ: & elevatio poli supra horizontem. xxiiii. graduum & quartæ partis vnius gradus. Et dicitur clima diafyenes. Latitudo vero eius est ex termino primi climatis usque ad locum: ubi fit dies pli xior. xiii. horas & dimidiæ & quartæ partis vnius horæ: & elevat polus. xxvii. gradib⁹ & dimidio & spaciū terræ est. cccc. miliariorum. Mediū tertii climatis est ubi fit longitudine pli xioris diei. xiiii. horas: & elevatio poli supra horizontem. xxx. graduū & dimidiū: & quartæ vnius pris. Et dicitur clima dialexandrius. Latitudo eius est ex termino secundi climatis usque ubi pli xior dies est. xiiii. horas & quartæ vnius: & altitudo poli. cccxxx. graduū: &

Frigida zona




frigida zona

rarum: & quartæ vnius: & elevat polus supra horizontem gradibus. xx. & dimidio quod spaciū terræ est. cccclx. miliaria. Mediū autem secundi climatis est ubi maior dies est. xiii. horas & dimidiæ: & elevatio poli supra horizontem. xxiiii. graduum & quartæ partis vnius gradus. Et dicitur clima diafyenes. Latitudo vero eius est ex termino primi climatis usque ad locum: ubi fit dies pli xior. xiii. horas & dimidiæ & quartæ partis vnius horæ: & elevat polus. xxvii. gradib⁹ & dimidio & spaciū terræ est. cccc. miliariorum. Mediū tertii climatis est ubi fit longitudine pli xioris diei. xiiii. horas: & elevatio poli supra horizontem. xxx. graduū & dimidiū: & quartæ vnius pris. Et dicitur clima dialexandrius. Latitudo eius est ex termino secundi climatis usque ubi pli xior dies est. xiiii. horas & quartæ vnius: & altitudo poli. cccxxx. graduū: &

duas terciæ: qd spacii terræ ē cccl. miliarioꝝ. Mediū quarti climatis est vbi
 maioris diei plixitas ē xiii. horæ & dimidiæ: & axis altitudo. xxxvi. graduū
 & duas qntaræ horæ. Et dicit̄ diarhodos. Latitudo uero eius ē extermīo ter
 tio climatis vſq; vbi plixitas maioris diei ē xiii. horæ & dimidiæ & quartæ
 partis vniuersitatis eleuatio at̄ poli. xxxix. graduū qd spacii terræ est. ccc. miliarioꝝ.
 Mediū qnti climatis ē vbi maior dies ē. xv. horæ & eleuatio poli. xli. gradus
 & terræ vniuersitatis & dī clima diarhodes. Latitudo uero eius ē ex termino quarti
 climatis vſq; vbi plixitas diei sit. xv. horæ & qrtæ vni? & eleuatio axis. xlvi
 graduū & dimidiū: qd spacii tertæ ē. cclv. miliarioꝝ. Mediū sexti climatis ē vbi
 p̄xilior dies ē. xv. horæ & dimidiæ: & eleuatio poli supra horizontē. xlvi. gradis
 bus: & duabus qntis vniuersitatis. Et dicit̄ clima diaripheos. Latitudo vero eius ē
 ex termino qnti climatis vſq; vbi lōgitudo diei plixior ē. xv. horæ & dimidiæ
 & quartæ vniuersitatis. & axis eleuatio. xlvi. graduū & quartæ vni? qdistantia terræ
 ē. ccxii. miliarioꝝ. Mediū at̄ septimi climatis ē vbi maior plixitas diei ē. xvi.
 horæ: & eleuatio poli supra horizontē. xlvi. graduū: & duarū terciæ. Et dicit̄
 clima diaripheos. Latitudo vero eius ē
 ex termino sexti climatis vſq; vbi maxia
 dies ē. xvi. horæ & quartæ vniuersitatis: & ele
 uatur polus mundi supra horizontem. l.
 gradibus & dimidiō: qd spacii terræ est
 clxxxv. miliarioꝝ. Ulta at̄ huius septi
 mi climatis terminum licet plures sint
 insulæ: & oīum habitatiōes: quicquid ra
 men sit: qm̄ prauæ ē habitatiōis sub cli
 matæ nō cōputatur. Omnis itaq; inter
 terminum initialē climatiū & finalē eo
 rundē. diuersitas ē trium horæ & dimi
 diae: & ex eleuatiōe poli supra horizontem. xxxviii. graduū. Sic igit̄ patet vni
 us cuiusq; climatis lauitudo a principio ipsius versus æquinoctialē vſq; ī finē
 eiusdē versus polū arcticū: & qd primi climatis latitudo ē maior latitudine scdi
 & sic d. inceps: Lōgitudo at̄ climatis pōt appellari linea ducta ab oriēte ī occi
 dentē æqdistantis ab æquinoctiali. Vnde lōgitudo primi climatis ē maior lō
 gitudine secundi: & sic deinceps: quod contingit ppter angustiam sphærae.
C De circulis & motibꝝ planetae: & de causis eclipsiū solis & lunæ. Cap. iii.


N Otādū qd sol hēt vnicū circulū p̄ quē mouet ī sup ficie lineaæ eclipticæ
 & ē eccentricus: Eccētric⁹ qdē circulus: dī nō oīis circulus: sed solū ta
 lis q diuidēs terrā in duas ptes æquales nō habet centrū suū cū centro
 terræ sed extra. Punctus at̄ in eccētrico qdē maxime accedit ad firmamētum ap
 pellat aux: qd̄ interprætae eleuatio. Punctus vero opposit⁹ qd̄ maxime remotio
 nis ē a firmamēto dī oppositio augis. Solis at̄ ab occidente ī oriēte duo sunt
 motus: quoꝝ vnius ē ei ppterius circulo suo eccētrico: quo mouet ī omni die



Occidens verum

ac nocte.lx. minutis fere. Alio vero tardiorē mot⁹ sphæræ ipsi⁹. supra polos axis circuli signor⁹: & est eqlis motui sphæræ stellæ & fixar⁹. s.in.c.annis gradu uno. Ex his itaq; duobus motibus colligit̄ cursus eius i circulo signor⁹ ab occidente in orientē p quē abscindit circulū signor⁹ i. ccclv. dieb⁹ & quartā vni⁹ diei fere pter rē modicā q nullius ē sensibilitatis quilibet at planeta tres hēt circulos pter solē. s. æquātem de ferentē: & epicyclū. Aequās qdē lūæ ē circulus cōcētri/ cus cū terra: & ē i supficie eclipticæ. Eius uero deferēs ē circulus eccētricus. nec ē i supficie eclipticæ: imo vna ei⁹ medietas declinat versus septētrionē: altera versus austri. Et intersectat deferēs æquantē in duob⁹ locis & figura intersectiōis appellat̄ draco: qm̄ lata ē in medio & angustior versus finē. Intersectio iḡt illa p quā mouet̄ luna ab austro i aquilonē appellat̄ caput draconis. Reliq̄ vero intersectio p quam mouet̄ a se pte trionē i austri dī cauda draconis. Deferentes qdē & æquātes cuiuslibet planetæ sunt æqles & sciēdū q tā deferēs quā æquās Sañni Iouis maris Veneris & Mercurii sūt eccētrici & extra supficie eclipticæ & tñ illi duo sūt i eadē supficie qui libet et̄ planeta pter solē hēt epicyclū. Et ē epicyclus circulus paruus p cuius circūferentiā deferēt corpus planetæ: & centrum epicycli semp̄ deferēt in circūferentia deferētis. Si iḡt due lineæ ducātur a cētro terræ ita q̄ includat̄ epicyclū alicui⁹ planetæ: una ex parte orientis: reliq̄ ex parte occidētis punctus cōtactus ex pte occidentis dī statio pria punctus vero cōtactus ex pte occidētis dī statio secunda. Et qn̄ planeta est in alterutra illarū stationū dī stationari⁹. Arcus uero epicycli supior iter duas stationes intercept⁹ dī directio: & qn̄ planeta est in illo tūc dī directus. Arcus uero epicycli inferior iter duas stationes interceptus dī retrogradatio & planeta ibi existēs dī retrogradus. Luna at nō assignatur statio directa vel retrogradatio. Vnde nō dī luna stationaria directa vel retrograda pp velocitatē motus eius in epicyclo.

Cum at̄ sol sit maior terra; necesse est q̄ medietas sphæræ terræ ad min⁹ a sole sp̄ illuminet̄: & umbra terræ extensa in aere tornatilis minuat̄ i rotūditate: donec deficiat in supficie circuli signor⁹ isepabilis a nadir solis est at nadir solis punctus directe oppositus soli in firmamento. Vnde cum i plenilunio Luna fuerit i capite uel i cauda draconis sub nadir solis: tunc terra iterponet̄




¶ De eclipsi Lunæ.

Soli & Lunæ: & contis vmbre terræ cadet sup corporis Lunæ. Vnde cū lunam lumen nō habeat nisi a Sole: in rei ueritate deficit a lumine. Et est eclipsis generalis in omni terra si fuerit ī capite uel cauda dracōis directe. Particulari, vero eclipsis si fuerit ppe uel ifra metas determinatas eclippsi.


Eclipsis Lunæ

vel eclipsitice. Et semp in plenilunio vel circa cōtingit ecypsis. Vñ cū in qualibet oppōne hoc est ī plenilunio nō sit luna ī capite vel cauda dracōis nec opposita nadir solis. nō est necesse ī quolibet plēlunio pati eclipspis: ut patet ī præsenti figura q̄ subsequit. Cū aut̄ fuerit luna ī capite uel cauda draconis: vel prope metas supradictas & ī coiunctiōe cū sole: tūc corpus lunæ iterponet inter aspectū nōm & corpus solare. Vnde obūbrabit nobis claritatē solis: & ita sol patiet̄ eclipspis: nō qa deficiat lumine: sed deficit nobis pp interpositiōnē lūe iter aspectū nōm & sole. Ex his patet q̄ nō sp̄ eeclipsis solis in coiunctiōe siue ī nouilunto. Notādū ēt q̄ qñ est eclipspis lunæ: est eclipspis ī oī terra: sed qñ est eclipspis solis neq̄quā īmo ī vno climate ē eclipspis solis: & ī alio nō: qđ cōtigit pp diuersitatē aspectū ī diuersis climatib?. Vñ Virgili elegatiſſime naturas utri usq̄ eclipspis sub cōpēdio tetigit dices. Defect⁹ Lunę variōs solisq̄ labores. Ex p̄dictis patet q̄ cū eclipspis solis esset ī passiōe dn̄i: & eadē passio esset ī plenilunio: illa eclipspis Solis nō fuit naturalis: īmo miraculosa contraria nature: qa eclipspis Solis ī nouilunto vel circa debet cōtigere. Propter q̄ legiſ: Dionysii ariopagi tā ī eadē passiōe dixisse. Aut deus nature patiſ: aut mūdi machina dissoluteſ.

C. Opusculum Bpharicum Ioannis de Sacro Busto explicitum est.



Eclipsis Solis



CDisputationem Ioannis de monte Regio contra Cremonensia in plane
tarum Theoricas deliramenta p̄fatio.

Vniuersis bonarum artium studio sis Ioannes de monte Regio. S.P.D.



Ostquā emisim⁹ indicem ope⁹; q̄ librariis n̄fis fortunat⁹ trademus: non nullis: vt accepimus: lædendi magis quā iuuādi studio inflāmat⁹; illud mox uisum ē rep̄hē sione dignum: q̄ quorūdā op̄a scriptor⁹ imutare conāmur: alioq; uero proſus reuicere nouis videlicet illatis traditionibus: deinde q̄ plerisq; probis veruſtisq; aucto-ribus cōtradicere: ac quorūdam recentior⁹ comentaria oblīfare non ueret⁹; noībus etiā: qđ ut iſti putāt: acer-bum est: enunciatis. Mihī aut̄ volenti potius prompta rectaq; exemplaria versare quā aut noua cōdere aut mēdoſa excribrare: haud quāquā differēdū est id libēter atq; cōſulto factū esse: nō quo alienae detrahā auctoritati: sed quo mathematicar⁹ studia iam inde a ſeculis multifariā in qnata ac pene ab oīb⁹ derelicta: oī labe quo ad ei⁹ fieri pōt abſtersa illuſtrent: qđ pfecto cū imutādī plurima: tum denuo traducendi offō fieri necesse ē. Cō traducere aut̄ scriptorib⁹ quāquā antiquissimā ut hoīes errauerit iusti viri ac liberalis ingenii esse arbitramur: exēplo moniti oīum fere eoq; q̄ unquam aliqd noui cōpoſuere. Quod deniq; noīb⁹ scriptor⁹ nō pepercim⁹ haud ab ſentēdū uideri debet: cū miselli qdā nimia capti credulitate tñ tribuat festi- uis libroq; inscriptiōib⁹ auctorūq; ueruſtati: ut de re q̄ piā disputaturi ſup- mū ac ualidissimū argumētādī locū ſemp ab auctoritate mutādum censeat. S. aliēi aſſertiōi q̄licūq; plus fidēces quā rōni certissimāe. Affert nescio qđ ſingu- laris iſdulgētiæ mors hoīum q̄ aliqd i vita cōpoſuere: vt quoſ adhuc viuos forſicā negligēremus: eoq; iā uita functoq; op̄a religiosius amplexemur: ſiue q̄ ſentētiis ipſoq; refragari nō licet ne p̄ inuidiā aut insolētiā id fieri credat ſiue q̄ aliena placita excutere argutiusq; diuicare grauatum⁹: qm̄ id plerūq; ſine magno labore fieri nequit. Hinc ergo factum eſſe crediderim ut cōplura līragē ſtudia ſomni cuiusdā aut anīlis fabulæ ſpēm cōtraxerit ob lectiōes nimium ſecuras ac cōmētatiōes obſegofas. Verū. n. uero & ſi cōtagiū illud oīb⁹ ferme liberalib⁹ ſtudiis cōmune ſit: in mathematicis tñ oīno pudendū eſt ac itole- rabile: pp̄e q̄ cōfessu oīum perpetuā ſemp p̄ſerētia certitudinē: n̄fi defidia ſaeculi ad fecē quandā decocta ſunt: adeo vt ſcīa ſederali: uniuerſas. n. iſducere lōgū ē: p̄ter Gerardū cremonēſem ac Ioānē de ſacro buſto cūctos pene aucto- res negligamus: iāq; p̄ astronomis celebremur q̄ eoq; cōmenta Theoricas. ſ. planetar⁹ sphærāq; vt uocāt: materialē vidim⁹. At ubi numerοq; tabu- laq; p̄ditioniſq; inchoamēta qdā attigim⁹: tū demū pfecti undiq; credimur. Hic alii leōnib⁹ publicis allegamur diſcipulos. ſ. facturi q̄les ipſi ſum⁹ p̄cepto- res. Alii ad cōſulatiōes principiū accerſimur quoq; apploſiōe firmati mox ipu- bl cū ac plebeia turbā deliramēta n̄fa p̄fundere nō erubescimus. Pudet pfcō recēſere quāta nobis iſde cōtumelia plerūq; obueniat: & qđnō indigne qn̄ p

cæcitatem stolidā ppriæ precones sumus inceptiæ. Sed hæc quidē quū adne-
xa sibi poena luanæ leuiori egent cæsura quā q̄ ad corrigenda exēplaria sciaq;
quāuis recūditq; idiscreteruim? Hoc etenī: nisi fallor: piaculū ē snias auctoꝝ
nobiliū obtenebrate cōtagiis pprie suppositis ignoratiæ: posteritatēq; vicia
tis libroꝝ exēpliſ iſificere. Quis n. nesciat mirificā illā formādi artē: nup a nřa
tib⁹ excogitatā: obesse tñ mortalib⁹ si mēdosa disseminenſ libroꝝ volumia
quātū pdest exēplariib⁹ rite correctis. Nō q̄o mihi tēperaf quo min⁹ vnū pfe-
rā exēplū correctoris audaculi: q̄ geographiā Strabonis latinā aliqñ factā: ro-
māis nup librariis formādā exhibuit: quāuis ridere magis libeat quā l̄fis id/
care hois scoli cōfidētiā. Is ī tertio volumie vbi de plixitate diei maxia agit q̄
accidit habitatib⁹ iter Romā & Neapolī: dies iquit maxia ē horaꝝ solsticio/
naliū q̄ndecim. illicēt saepi⁹ hoc epitheto solstionaliū repetito: iſcitiā suā atq;
barbarismū idicās uno. f. verbo duplīcē pſtituit ignorantiam. Quū. n. auctor
græc⁹ dicat ὡρων ιστε μεριγον q̄ d̄ latie ē horaꝝ & q̄noctialiū: stolidus ille mi/
rat⁹ ē: quo nā mō æq̄noctiales horæ diē solsticii cōstituere possint: æq̄noctio
ac solsticio multum iter se distatibus. Itaq; a solsticio horas illas denoīauit:
ignorans vtq; cur æq̄noctiales dicant horæ et ille q̄ i die solstiali numerant.
Nemo sane tñ traductori Guarino vitiū iſputabit: is. n. supi⁹ haud lōge post
caput secūdi voluminis: diē maximā apud britannos horaꝝ & q̄noctialiū cē
decē & nouē insinuāt. Nō d̄ret ille solsticio naliū sicut grāmaticellus iste: sed ā
solsticio solstionale formaret Lucanū imitat⁹ dicētē: rapidiq; leonis solstionale
caput. Tali correctori imo poti⁹ corruptori: exēplaria emēdatu difficultia plu
rimūq; ipedita o amice credis! Quid q̄so fiet si traductoris ūcuria primū exē/
plar vitio sit obductū: aut ab euriēti quoniam librario pperā iſmutatū! quoꝝ
pfecto vtrūq; cernere ē in eo ope q̄d hodie p Geographiā Claudi Ptolæmei
circūferit: vbi nec l̄falis cōtextus auctoris græci respōdet sentētiis: Iacob An/
gelo florētino iuertēte: neq; tabulaꝝ puinciaꝝ particulariū a Ptolæmeo iſtitu/
tā seruant effigie: sed fr̄iuolā ab hoie famelico, passæ sunt iſmutationē. Igit̄ q̄
se h̄fe putabit cosmographiā Ptolæmei: ne vmbriā qdē tāti op̄is poterit ostē
tare: fidēq; nemo nō habebit ūmatim dicēti mihi: op̄ hoc nōdū ad latinos
trāſlatū esse: pſerti si rescuerit iſpm ob difficultatē suā diu apud græcos quo
q̄ pditū: oīnoq; iteritur⁹ fuisse: nisi monachi cui usdā maxia vigilātia reptum
esseret. Sed hæc alibi pleniori reddent tractatu. Iā. vero reuertēs vñabii: ne alie
na delicta rep̄hēdētē mei p̄m videar eximere a grege isto ridiculo astronomico
rū tāquā inoccētē nulliq; errori obnoxiiū: nūc pſiteor æquelatur⁹ imo ḡras in
gentes habitur⁹ plerisq; oīb⁹ q̄ meas iſpicient editiōes iudicabūtq; quāuis iſi
diose: quas & si scia Horatii Quintiliānūq; mōitu nō eē p̄cipitādas: aliqd tñ
in aetate vegetiori tētandū ē: ne uentri tñ more pecudū iſdulgere uidear. Su/
spicor at fore nōnullos q̄ insolētiae crimen mihi obiectabūt: vt q̄ i germania
nedicā barbarie degā: inops libroꝝ a frequētiaꝝ doctoꝝ hoium semot⁹: tot
tamq; celebratos uiros iſpetere ausim. Sed hi: n. si me fallit aius: ueniā dabunt:
si finē p̄positi: nō pſonāscriptoris aut fortunā ppenderint. Nā quo licētius

abūdīusq; vniuersi tētāta mea iſpiceret: iudicare: corrigere ac retractat queant
ecce me ipm ipōte iterptamēto multiplici in mediū statuo haud reformidatē
p republica līaria quāuis expiri fortunā. Sitq; hæc p̄sens lugubratiūgula q̄si
p̄gustamētu vniuersae cōmētatis: quā veluti mēlurā reliq̄ etatis nfæ: quātā
cūq; de tribuet exercebim?. Hortamur deniq; lectores: beniuolos qdē ut pro
suo q̄sq; īgenio conat n̄fō sexaminet: nō qdē sine p̄mo n̄si q̄spīā noīs sui ce
lebrationē negligere uelit: quā certe pollicemur facturos i opib? n̄fis ubi fue
rit opportunū: æmulis at nō nihil voluptatis acceder si hoīem res iusitatas
aggredi ausū ī errore dephēderit. Sed ne lōgi p̄semur īcipim? p̄currere Theo
ricas planetāg Gerardo Cremonēsi: vt fert: æditas: iā pridēq; in oib? studiis
generalib? legi coeptas: opus qdē tenues sed a multis magnisq; īgeniis credu
le pbatū. Multos passim offendēs insanosei? expositores: errataq; sua demō
stratiōib? geometricis roborare conātes. Qui quāfriuole vigilauerint specie
dialogi manib? n̄fis iā dudū erepti intelligēt: quē in vrbe Roma quōdā lusi
mus. Nuncq; vniuersos sideralis sciētiæ studiosos eo interprete Salutam?.

VIENNENSIS

CRACOVIENSIS.

.V.

.C.

Squis forte roget quāobrē potissimum ad hāc ædem diui Petri
apostoli hoc mane cōcesserim: is sciat i primis oratum me ve
nisse ut Pio defuncto pōtifex succedat cui sincera religio cordi
sit: qui christiāi nōminis inimico mahumeto occurrere ausit:
quiq; externis olim cōculatis hostibus intestina studeat tolle
ræ discidia: vt tandem omni ambitione ac praua cupiditate extincta boni
mores ex integro resumantur: ac deinceps optimæ quæq; artes in lucem re//
deant que turbulentia hac nostra ætate negligi videntur. Nam vt reliqua stu
diorum genera silentio preteream: artes liberales hortantur præsertim illæ
quas vocat mathematica: q̄ ita misere mortalium animis exciderunt: vt p
paucoshodie reperies qui satis docte cōsecuti sint eas: plurimi autē & ferme
oēs vix æquo animo miserabile dictū: eaq; nomina audiānt: nihil suave arbi
trantes q̄ non aurū sacram fatim expleat: Interea tamen ea que astrologi pollice
tur notitiā quosdā afficit hoīe: nō qdē: ut æquum esset: animi exercēdi sed
glorie aut q̄stus ḡfa q̄ iusto ordine neglecto dum ad futura p̄nunciāda nimi
um p̄perāt: totā ferme q̄ de motib? ē p̄tereunt astronomiā: quo demum fieri
solet: vt vulgari undiq; habeant ludibri: nec id iniuria: qñ qdē ab errorib?
suis quoq; occasiones ignorant abstinerent: Sed q̄snam me appellat
hoīem tāta turba discernere nō sint! C. Saluere iteg te iubeo Ioānes optimā
V. Saluū te aduenisse gaudeo amice dulcissime. C. Iādudum salutat? haud re
spondisti. Quid agis? V. Deambulaſ. Sed tu quid rei hic habes? C. Expecto.
V. Ote fœlicē quā expectādi ḡfam habes: ad capessendas. n. opes ecclasiasticas
hāc aiunt eēuiā. C. Ha ha Tu quoq; idcirco beaberis: q̄ tātopere aī hostium
morariſ ſacrū. V. De faxit. Sed nūc ego Nicenū expecto dñm meū nō ut ita
dixerim bñficia. C. At ego dñm meum operor futurū custodem ac conclauē.

*De medio mo
ni solis*

V. Tu igiſ hoc triduo iſ carcere latebiſ: id qđē cōmodi habitatur⁹ ut q̄tiā pri
mū electio noui pōtificis tibi innotescat. C. Quid tū postea. V. Ut ide fortu
nas ei⁹ pdere possit. C. Recte pfecto idexplorādi talis credit̄ ē ianua. V. Alii
diem poti⁹ obſeruādū censem̄ quo cathedrā pr̄aemit apostolicam corona tri
plici redim̄it⁹. Sed missa iſtae faciam⁹: orād⁹ multo maxime de⁹ ē ut cœptis
illis aspiret: vtq; Mercuriū ſuos foelici radio⁹ temperare iubeat hoſe deuote
ſupplicādū ē. C. Ita faciundū cēſio. Veſt ut ad vſitata iocundiora q; n̄a col
loqa redeam⁹ opportunē mones ubi Mercuriū cōmemoras. V. Quid q̄ſo i
cidit⁹. C. Theoricæ planetar̄ cōesī mentē rediere p̄ſertī loc⁹ illæ ubi de minu
tis pportiōalib⁹ Mercuriū agit⁹. Nā ſnīa ei⁹ loci haud quaquā respōdere vide
tur tabulis numeroꝝ. V. Theoreticas dicis Gerardo quodā: ut fama ē: cremo
nēſi aeditas q̄ vñ primā ſortitæ ſint fidem ut tantopere legerent̄: ſæpenumero
admirat⁹ ſum. C. Tu ne illas lectū iri adeo iniquū arbitraris! V. Vt rū legen
dæ ſint an potius negligē: alius qſpiā paulo poſt iudicarit. C. Igif i eptus
ego fruſtra tanta illis fidē habui: q̄ppe quas totiē magna cū itēt̄ ſe legerim⁹
V. Optim⁹ viri functus ē officio: nō mō, n. bñdicentibus ḡfæ ſunt habendæ
veſt et̄ errantib⁹. Nā p̄ hos qdem cauiores reddimur: per illos aut̄ meliores.
C. Adhuc hæreo dū tot cōmētarioſ ſuos circūſpicio: qoēſ explanare conā
tur hasce theoreticas. nihil errati nihil deniq; insipienter dicti notātes. V. Siqd
obſcurius ſcriptor ipſe ediderit: vel idocte forſitā p̄ceperit: officio cōmētato
ris id qđē ſatius illuſtrāndū: ſtud uero decenti cū moderamine exponēdū ē:
alioquin ignauus habebiſ cōmentator atq; temerariuſ. Sed ne diē teramus
res ipſa attentāda eſt. Velī nobis datū iri textū theoreticarū: quo ordinari⁹ ſin
gula pluſtrare liceat. C. In uicino amicū habem⁹ vñ petere oportebit. V. Va
de ergo oc̄ius petitū. Anceps hodie facin⁹ cæptasse videor q̄ aliena ſcripta &
ia diu p̄idubitatis habita retractare auſim. Verū vb̄ i ubi opus erit Euclides
n̄ atq; Ptolæmeus aduocati aſſiſtēt: & ſi aliūde teſtimonia ſumi oportuerit
copia: ſic ſpero: dabif. Hoc nāq; pacto. niſi me fallit aīus: calūniandi plerisq;
adimēt licentia. Quod niſi fieret: plurimos p̄ter rōnē mihi oblocuturos vere
ret. Dicerēt forſitā. Vñ nouicio mihi tñ arrogē vt vetuſtū puocare auctorē
nō erubescā. Sed amicū uideo redeun̄tē. Vbi eſt libellus quē petebam⁹? C. Ec
cū ip̄m. V. Satis ē. Nūc ordiendū cēſeo areb⁹ paruis: q̄aliq; ten⁹ tolerari poſſet
ſi moderamie certo acciperen̄t. Poſt pauca igiſ initialia: mediū inq̄t ille mo
tus Solis dī arcus zodiaci cadens inter lineā exēuntē a cētro terræ vſq; ad fir
mamentū: lineam dico æqdistantē lineā exēunti a centro eccētrici p̄ cētrum
corpis ſolis ad zodiacū. C. Quid i hisce verbis notaſ! V. Exiguū aliqd ē ſup
fluē qdem ſemidiāmetr̄ eccētrici ad centrū ſoli terminatā p̄ducit vſq; ad zo
diacū. Nā hæc linea ad zodiacū vſq; extenſa: neq; mediū ſolis locū neq; uelo
citatē mot⁹ ei⁹ æquale ī zodiaco deſignat. Sed ſatis ē linea ex centro eccētrici
eduſi & ad centrū ſoli termiſari. Hæc. n. uelocitatē ſolis ī eccentrico ſuo decla
rat: cui demū æqdistantē ex centro mundi educere licebit. C. Parua videt̄ ille
nota. V. Ha ha he, & parua exiſtit ī veritate. C. Quid tides ubi veritatē appelli


las! V. In mente venit græculus qdā esuriēs: quē ī sanire fecit hæc linea excen
tro eccentrici p centrū solis vsq; ad zodiacū pducta: ait. n. mediū solis motū ī
zodiaco ad hmōi lineā terminari. C. Tam temere qspīā sentire pōt! Quando
quidē haec linea ī æqstrib? ex zodiaco nō æqlis absindit arcus qd pprium
lineæ mediū mot? est offm. Sed hoīem istum nosse veli. V. Dabit post hac co
gnoscendus. Tu mō coeptā psequere lcōnē. C. Aduerte igit̄ animū. Quæ æq
tio nulla ē sole exñte in auge vel opposito augis; ipso āt existente in lōgitudi
nibus mediis est maxima. Quid qso accipis p uocabulū lōgitudinis mediae.

V. Lōgitudinē lōgiorē Ptolæmeus itelligit lineā q ex cētro mūdi ad augē ec
centrici ptedit. Lōgitudinē āt ppiorē accipit lineā a cētro mūdi ad oppositū
augus porrectā. Interdū tñ pūcta eccentrici dictas lineas terminātia lōgiorē
& ppiorē uocat lōgitudines. Lōgitudinē āt mediā appellate solet lineā egre
dientē ex cētro mūdi ad circūferētiā eccentrici; æqualē qdē semidiometro ec
centrici: aut punctū eccentrici q terminat huiuscmodi lineā. Appellat āt lō
gitudo media qm̄ tñ supat a lōgitudine lōgiorē quātū & ipsa superat lōgitu
dinē ppinqiōrē. Qui aliter accipit lōgitudinē mediā eccentrici a mēte Pto
læmei reōdit. Ut āt punctū hmōi longitudinis mediæ determinari possit: fi
guratiōe vtendū est. Circulus. a.b.c sup centro. d.lineat? eccentricum solis re
presentet ī cuius diametro. a.c.lōgioratq; ppior lōgitudines consistant: cen
trum mundi sit. e. diuisaq; d.e.eccentricitate p mediū ī pūcto. f.ex ipso. f.egre
diat. f.b.ppendicularis addiametra. a.c. Cuius punctum. b. terminalē dico eē

lōgitudinē mediā eccentrici productis. n. duab?
lineis. b.d.&.b.e. erunt duo altera. b.f.&.d.f.
trianguli. b.d. f. æqualia duobus laterib? b.f.
&.f.e. triāguli. b.e.f.&. vterq;ā gulos. a.d.f.rectus
quare p quartā primi elementorū Euclidis. b.e.
linea ipsi. b. d. semidiometro eccentrici æqualis
erit. linea autem. e.a. scilicet lōgitudinis longio
ris superat. a.d. semidiometrum eccentrici: atq;
iccirco lineam. b.e. ipsa eccentricitate. d.e. semi
diameter quoq; d.c. & idēo. b.e. æqualis ei exce//
dit longitudinem propiorem. e.c.eadem eccen
tricitate. Sol igitur punctum. b. possidens ī lon
gitudine media eccentrici sūm mētem Ptolæmei

etias


existere diceſ. C. Placet id mihi. Sed textum cōtinuabo nīsi aliud subiungere
velis. V. Quiesce paulisp donec ex cētro mundi. e.ad diametru eccentrici. a.e.
ppandicularē. e.g.eduxero circūferentia eccentrici ī punto. g.incidentem. C.
Perge ut Iubet. V. Ptolæmeus dī demōstrauit soli ī punto. g. existenti maxi
mā in motu suo diuersitatem accidere. C. Nō igit̄ in punto. b.longitudinis
scilicet mediæ æquatiōem solis maximā reperi emus quēadmodum bon? ille
theoricarum auctor asserebat. V. Recte cōcludis: non enim in ipsa longitu
dine media: sed prope eam maxima Solis diuersitas colligitur. Nunc cætera



deinceps profer. C. Auditio igit̄ me lecturū. V. Sed missum faciam? Solē: spēculatiōes àt motuū atq̄ orbū lunæ aggrediamur. C. Eccētric⁹ solis imobi-
lis ē nisi q̄ntū ad octauā sphærā: eccētricus aut̄ lunæ mouet quolibet die ab
oriēte in occidentē. xi. gradib⁹ fere. V. Hic siste gradū. Quot cōmemorat ille
eccētricosī speculatione sua! C. Vnū dūtaxat epicycli delatorē. V. Quō igit̄
idē eccētricus occidētē versus moueri poterit: q̄ epicyclū defert ad oriētē: n̄ si
eīdē mobilis duos cōtrarios iesse mot⁹ affirmare q̄s uelit! C. Neq̄quā sup n̄sdē
polis: ueq; d̄ cētro eccētrici dixisse videt: illud. n. ad oriētē trāffert. V. Sed neq;
illud natura p̄mittit: oporteret. n. hoc pacto sc̄idi corpora cōelestia uacuūq; eis
reperiri. C. Bñ rōcinaris. Id. n. necessario seq̄ret n̄si orbi eccētrico epicyclū de-
ferētī alios duos circūp onam⁹ singulis tñ supficieb⁹ eccentricos: ita ut tota
triū orbiū cōgeriesmūdo fiat cōcētrica. Sed hæc oīa ī theoricis suis nouis Ge-
orgiis Purbachi⁹ p̄ceptor tuus explanauit & qđē accuratissime. V. Illud de-
mū qđ seq̄t̄ haud poterit intelligi: si nō duos extreiores hmōi eccentricos imagi-
nat̄ fuerim⁹. C. Quid illud ē! V. Paulo iferi⁹ ille. Patet. n. inqt̄ q̄ cētrū epicy-
cli lunæ bīs ī mēse p̄trāsit eccentricū. C. Ver⁹ dic̄s: quo nāq; pacto epicyclus
p̄grate posset eccentricū cui ita idūt̄ ēut ad motū ei⁹ raptū circūferat. V.
Procedēdum ē oī⁹: nōdūm n. limē trāgressis nobis hora ferme īegra subter
fluxit. C. Ergo tacere libet miūta p̄portionalia. q̄ ut iste autumat dicunt sexa-
gesimæ pticulæ lineæ duplæ ad lineā exītē iter cētrū terræ & centrū eccentrici
diuisæ in. lx. ptes. V. Profecto si Ptolæmeū uid̄isset hō ille miūta p̄portionalia
rōnabilī diffiniuisset sexagesimas eā pticulas ipsius excessus nō qđē duar̄
linear̄ more suo: ver⁹ duar̄ eq̄tionum argumēti maximaꝝ: quaꝝ altera qđē
epicyclo ī auge accētrici cōstituto accedit: altera uero ī augis opposito. C. Il-
lud deinceps minime satissacit mihi ubi de dracōe lūæ. Et ducit inqt̄ istas inter-
sectiōes qđā cōcētric⁹ mūdo existēs ī cōelo cōglis eccentrico lunæ ī ma-
gnitudine: & ē in supficie orbis signor̄ siue ī uia solis. Nā & si facile intelligā hu-
iuscemodi duas intersectiōes: mot⁹ tñ eaꝝ fieri posse nō videf p̄ circulū mūdo
cōcētricū: vt ille ait: orbes. n. corporei sūt qb⁹ mot⁹ celestes sūt nō circuli. V.
Nō iuria notasti hūc locū iſufficiēter expositū. Quare mirādū nō ē cur pau-
cissimi plenā theoriaꝝ notitiā hēant: qñ qđē diminute res īp̄a tradita sit. De
lumiariib⁹ iā satis nūc ad tres sup̄iores trāleūdū ē: quoꝝ qlibet inqt̄ ille duos
hēt cōcētricūs eccentricos æq;les dispositosī eadē supficie plana & imobiles n̄ si
quātū ad motū octauā sphæræ & ad motū quotidiani circa terrā ab oriētē
ad occidentē. Quid de hac līa tibi videf amice mi! C. Neutr̄ duoꝝ cōculoꝝ
moueri asserit p̄terquā ad motū octauā sphærā & primi mobilis p̄ a veritate
alienū arbitror: cū alē eōꝝ oriētē versus deferre epicyclū soleat. V. Audia h̄⁹ hoīs verba & dī tūc cē cētrū epicycli ī lōgitudine media æquātis qñ diamet̄
epicycli stat p̄p̄iculariter sup̄ diametrū mūdi trāsetūtē p̄ cētra eccentricoꝝ.
Quid ibi dices! C. Recurro ad ea q̄ sup̄ius de lōgitudine media eccentrici fo-
lis oīd̄. V. Itidē facturū te suspicor circa minuta p̄portionalia q̄ qđē de
prehēdi autumat p̄ excessus linear̄: nō æq̄tionū argumēti maximaꝝ quēad


modum Ptolomei solet. C. Recte putas. Quis n. nō poti? Ptolomei clarissimi adh̄getat s̄nie quā iep̄tiis hui? viri. V. Nunc ad mercuriū q̄ h̄ec n̄ra colloqua suscitauit d̄scēdem? ex ordī vbi paulo postquā mediū ei? motū d̄termiauit h̄ p̄fert tiba. Et cū iste tres lineę æquali moueant̄ erūt semp̄ eq̄distātes; aut erūt oēs vna linea; aut duæ eadē; & reliq. Denotauit at̄ duas lineas quaꝝ altera q̄ dē ex cētro eccētrici p̄ cētrę solis; altera vero ex cētro æquātis mercurii p̄ cētrę epicycli ei? p̄tēdīf; & tertia ex cētro mūdi egrediētē p̄dictisq; duab? eq̄distātē. C. Cur hūc locū negligēdū cēses? V. Quia nūquā dictę lineę eq̄distātē vt ille asserit p̄terquā cētro epicycli mercurii i altero duoḡ nodo exīte; q̄ bis i spa cīo āni solaris accidē solet; tūc n. solū duo circ̄lī eccētrici solis & mercurii at̄ q̄ iecircō p̄dictę lineę i vna plana superficie colocat̄; q̄ ad eq̄distatiā lineę regrif̄ cētro at̄ epicycli alibi cōstituto memoratae lineę cū n̄ sint i eadē plana superficie eq̄distare n̄ poterūt; sp̄q̄ alia ē linea medii mot̄ solis; & alia mercurii; p̄terquā dū linea medii mot̄ solē cois sectio eclipticę & eccētrici mercurii; aut ī ip̄a eccētrici mercurii superficie rep̄f. C. Profunda speculatio h̄ ē adeo vt nēo rē hāc penit? cōprehēdere possit; q̄ h̄itudines superficieꝝ īnicē sectarę ignorauerit. V. Inferi? paulo h̄ec sua tiba colligunt̄ cētrę vero epicycli; & aux eccētrici & q̄libet pūcti eccētrici; sp̄ ieq̄lib? tpib? eq̄les āgulos d̄scribūt sup̄ cētro eq̄uat̄is. C. Quid ibi. Nōne centrę epicycli i cētro eq̄uat̄is regulā sui mot̄ hēt? V. Ita res se h̄z. C. Reliqs pūctis eccētrici id quo q̄ accidere credit̄ qđ ipsi cētro epicycli; ita vt eq̄ualit̄ circa cētrę eq̄uat̄is moueat̄. V. Reliqs eccētrici pūctis id nō obtigere geometria n̄ra demōstrabit. C. Auscultabo libēter. V. In linea a. ē. sit cētrę eq̄uat̄is. g. cētrę pui circuli. f. sup̄ quo ip̄e circulus pū? descript? . e. m. g. ponam? nūc cētrę eccētrici d̄ferētis epicyclū i sumitate pui circuli. f. i pūcto. e. & sup̄ eo eccētricū ip̄m. a. b. d. iā oñdet̄ pūctū eccētrici. c. qđ termiat̄ diametrū eccētrici trāseūtē p̄ cētrę epicycli irregulūt in cētro eq̄uat̄is moueri. C. Cur nā pūctū. c. & nō aliud astū p̄sist̄? V. Quo p̄cessus & brevior fiat & itel lectu facilior; nā de reliqs pūctis quāuis dif̄ficili? idē d̄mōstrarre poterim? C. Perge iḡif̄ vt coepisti. V. Fiat deinceps vt cētrę eccētrici deferētis epicyclū lege mot̄ sui pueniat ad punctū. m. medium. f. semicirculi pui occidentalis ita vt ducta semidiameter pui circuli. f. m. ppndicularis ad linea. a. c. sc̄oq̄. m. centro itę̄ describat̄ eccentricus. k. b. l. d. ex centro deniq̄. eq̄uat̄is g. egrediat̄. g. k. rectos faciēs āgulos ad linea. a. c. occurresq; circūferētiae eccētri ei pūcto. k. i quo oportebit rep̄iri cētrę epicycli. C. Ita est nā cētrę eccētrici; circa cētrę pui circuli & cētrę epicycli circacētrę eq̄uat̄is æqualit̄ i cōtrarias ferūt p̄tes: ducat̄ itē ex pūcto. k. diametri eccētrici i pūcto. l. desinēs; & alia linea. l. g. in eo itaq; tpe quo centrę epicycli ex. a. ad. k. traductū est; pūct? ei diametraliter.

D



opposit² ex. c. ad. l. puenit; at p*ic*cireo \hat{a} gulū. c. g. l. i. cētro \hat{e} quātis descripsit. C. Nō eo īficias. V. pcedat iterū epicycli cētr \hat{x} donec ad oppositū augis \hat{e} quātis p*du*cat; & iō cent \hat{x} eccētrici cū cētro \hat{e} quātis qdē. g. cōueniat; quo demū fieri oportet ut p*ūct*² eccētrici cētro epicycli p*diametrū* opposit² in supiori p*te*li neæ. a. c. repiat. C. Cōsiteor \hat{e} qdē. V. In scđo igit² tpe cētr \hat{x} epicycli circa cētrū \hat{e} quātis \hat{a} gulū rectū d*scripsit* veluti i p*ri*o; & iō tpa ipa \hat{e} qlia fuisse oportet. C. Nō est dubiū. V. In scđo ēt tpe punct² ille ali² descripsit angulū. l. g. a. in cētro \hat{e} quātis sic i duob² tpib² \hat{e} qlib² duos angulos c. g. l. & l. g. a. circa centū \hat{e} quātis descripsit. C. Quidni! Sed eos duos \hat{a} gulos ineqles eē veli ostēdas. V. Exēplo; id efficiā. In triāgulo enī. k. g. l. angulū. k. g. f. pticularē cōstituebamus rectū; q*re*. f. g. l. reliquus pticularis minor erit recto: nisi triāgulo cuipia rectilineo tres \hat{a} gulos duob² rectis maiores dare velis. C. Neq*ua* trigesimascda pri
mi elemētor \hat{x} phibēte. V. Sunt aut̄ duo \hat{a} guli. c. g. l. & l. g. a. duob² rectis eqles nisi tertia decima primi metia \hat{x} ; quābrē angulus. c. g. l. maior recto hēbit. C. Certū idest. V. In tpib² igit² \hat{e} qlib² punct² ille alius cētro epicycli diametrali \hat{x} opposit² ineqles \hat{a} gulos i centro \hat{e} quātis describūt. C. Ergo p*spicu*ū est non quodlibet punctū eccētrici i tpibus \hat{e} qlibus seqles i cētro \hat{e} quātis describere angulos. V. Ré apprime mihi placiturā facies si l*fram* sequētē leges; ego. n. ite
rea parūper q*f*escēs auscultabo. C. Audi igit² sed duo sunt loca i qbus maximē accedit cent \hat{x} epicycli cētro terræ; & i aliis locis nō pōt t*m* accedit illa vero duo loca sūt p*ūcta* p*pe* oppositū augis \hat{e} quātis terminati a lineas cōtingētes parūp*er* circulū sup quē mouet cētrū deferētis & trāseuntes p*cētr* \hat{x} terrē. V. Il-
lud notādū ē sed p*ge* ut cōepisti. C. Quū igit² inqt cētr \hat{x} epicycli est i auge statū
i cipit ire versus orientē i suo deferētē & si i cētr \hat{x} deferētis i cipit ire versus oc-
cidēntē i suo p*uo* circulo. V. Hoc v*er* est. C. Et q*n* cētrū epicycli est i capite li-
neæ cōtingētis q*d* caput est p*pe* oppositū augis \hat{e} quātis; tūc cent \hat{x} deferētis
est i p*uncto* cōtaet² p*ui* circuli cū ipa linea & tunc aux deferētis esti maxima
remotōes ab auge \hat{e} quātis & tūc cent \hat{x} epicycli est i opposito augis deferētis
q*re* tunc est i maiore appropinquatione ad terrā; q*a* tūc cent \hat{x} deferētis de-
scēdit plus i suo p*uo* circulo & plus remouet oppositū augis deferētis a cētro
terræ; q*f*ac*il* patet i spicēti figurā; & itelligēti motū; & quādūerit cētr \hat{x} epicy-
cli i isto arcu deferētis q*ē* iter duo p*ūcta* v*l* capita linea*g* cōtingētiū q*capita*
sunt p*pinq* opposito augis \hat{e} quātis sperit i opposito augis deferētis; & hoc
sequit² ex hoc q*quātū* currit epicyclus i vna parte t*m* currit cent \hat{x} deferētis i
aliā; ergo semp erunt i eadē linea trāseūte p*cētr* \hat{x} terræ & p*cētr* \hat{x} deferētis; & t*m*
nūquā appropiatur cent \hat{x} epicycli cētro terræ quātū appropiatur i capitib²
linea*g* cōtingētiū. V. Iā q*el*ce. Lōge meli² erat theoricas halce nūquā edidisse
se quā tot tātasq*e* leptias p*fudi*sse. C. Nunq*d* b*n* d*icta* sunt oia! V. Nō sunt. C.
Vbi q*so* erratū ē! V. Cētr \hat{x} epicycli medio q*dē* cursu suo distās ab auge \hat{e} quātis
p*q*ct*uor signa coia p*p*iqui*nis**



prehensa h[ab]entes. lv. quales. lx. sunt i semidiametro eccentrici deferentis & i su-
p minuta trigonaria vni partis. C. Quibus obsecro rōnibus illud cōcludis
V. Scientia triāguloꝝ planog̃ hæc oia nobis manifestat. C. Centrꝝ āt epicyci
lineā cōtingente possidens quot pribus p̄dictis a centro mūdi remouet. V.
Partibꝝ q̄nquaq̄ intasex & minutis viginti duobꝝ fere. C. Quam igit̄ in ma-
xima vt ille afferit vicinitate ad centrꝝ mundi ex̄t: siqdem i alio cōmemora-
to situ p̄pinguis eidē rep̄it. V. Suā vir ille bonꝝ operā lūsit. C. Est ne aliud ni-
gra dignū litura! V. Est. Ait. n. centrꝝ eccentrici deferentis esse i p̄ucto cōtactꝝ
dum centrꝝ epicycli i ipso cōtingēte linea existit. C. Quo pacto id erratū esse
demonstrabis! V. Adīpossibile redigendo assertorē qđ vt itellectu paratus ha-
beat figuraione linearī agēdū est sit itaq̄ i linea. a. c. p̄uctus. f. centrꝝ parui cir-
culi. c. h. g. punctus āt. g. centrꝝ æquātis &. n. centrꝝ mūdi; augem densq̄ equā-
tis. a. nota repr̄äsentet &. e. oppositum augis eius: ductaq̄ linea. k. h. p. centrū



mundi cōtingente parui circulū i puncto. h. intel-
liga āt centrꝝ qđē epicycli i p̄ucto. K. linea cōtingen-
tis: centrꝝ āt eccentrici delatoris i puncto. h. qui ād
modū iste statuit: p̄ducant deinceps duæ lineaꝝ. g. K.
qđem ex centro æquātis ad centrꝝ epicycli. f. h. āt se-
midiameter parui circuli ad. h. cētrꝝ eccentrici. Quū
igit̄ motus duotū centrorū epicycli. f. & eccentrici
sint eque veloces: hic qđem in centro parui circuli
ille āt in centro æquātis; incōperitq; ab eodem ter-
mino augē videlicet æquātis; riecessit duos angulos.
a. g. K. &. a. f. h. esse equeles. C. Nemini dubium. V.
Atq; iccirco duos angulos. K. g. n. &. g. f. h. reliquos
de binis rectis æq̄ri oportebit. Illud memoria mā-
des velim. C. Fiat. V. Ex octaua āt tertii elemento-
rū linea. n. h. longior est ipsa linea. n. g. cui lineaꝝ. n.
g. quū sit æqualis semidiameter parui circuli: id. n.
Ptolomeus ostendit lib. nono caplō. ix. erit & linea
n. h. longior ipsa. f. h. quare & p̄ decimā nonā primi
elementoꝝ angulus. n. f. h. maior erit angulo. f. n. h.
& ideo p̄ qntādecimā eiusdē ītercedēte cōi scia ma-
ior erit angulo. K. n. c. qui cū sit extrinsecus ad triā


gulum. K. g. n. erit p̄ sextam decimā primi maior angulo. K. g. n. vnde & p̄ cōmu-
nem scientiā angulus. g. f. h. maior erit angulo. K. g. n. quos antea cōclusimus
æquales. C. Cōclamatū est: iā. n. ad iō possibile redigisti assertorem: cum nulla
quantitas alteri æquals esse possit & inæquals. Sed hoc vnum rogo Ioānes
optime: vbi nā erit centrꝝ eccentrici deferentis qñ centrꝝ epicycli in linea cō-
tingente. K. h. cōstituetur! V. Habuimus angulū. g. f. h. maiorē angulo. K. g.
n. ex eo igit̄ absūmat̄ angulus. g. f. l. æquals ipsi. K. g. n. ducta semidiametro
parui circuli. f. l. in cuius termino. l. eccentricum deferentis repetiri oportebit

sic n. duo anguli. a.g.k. & a.f.l. reliqui de binis rectis
 æquales iuicē existēt quēadmodū sifitudo motuū
 exigit. C. Igī ex centro mūdi. n. educta linea p pun
 ctū. l. ad ptesupiorē; ī ea aux eccētrici necessario re
 periet. V. Verē. C. Quāobrē aux eccētrici deferētis
 n̄ ē ī maxia remotiōe ab auge & quātis cētro epicycli
 ī pūcto. k. linea ē cōtingentis exīte; terminin'. n̄ maxie
 remotiōis est ī linea cōtingēte paruū circulū. V. Re
 ste subifers cōtrariū eius qđ ille ī theoretis suis affir
 mat. C. Iccirco ī sup cētrē epicycli nō erit ī opposito
 augis deferētis; nō. n. est ī linea. n. l. quātūl ē cōtinua
 ta. V. Illud quoq̄ sūia ē eiusdē destruit aptissime; di
 xit nāp centrē epicycli dū ī capite linea ē cōtingētis
 eēt ī opposito quoq̄ augis eccētrici existere. C. Qđ
 si centrē eccētrici deferētis ī pūcto cōtract⁹ positum
 fuerit vbi qđo cētrē epicycli repieſ! V. In linea recta
 q̄ a cētro eccētrici p cētrē & quātis educeſ; cētrē quo
 q̄ epicycli erit cui⁹ rei veritatē figuratio declarabit
 disposita. n. vt pri⁹ linea. a. c. cū puo circulo & linea
 cōtingēte ēū ī pūcto. h. ducat semidiāmeter ipsi⁹ par
 ui circuli. f. h. & chorda. g. h. ponaturq̄ āgul⁹. a. g. k.
 æqlis angulo. a. f. h. pducta linea. g. k. indefinite lon
 gitudinis; quo demū fieri oportet; vt cētro eccentrici
 exīte ī pūcto. h. cōtingentiaē centrē epicycli sit ī li
 nea. g. k. Quā āt linea. n. h. cōtingat circulū pūu erit
 p decimā septimā tertii āgul⁹. f. h. n. rect⁹ descripto
 q̄ circulo p imaginationē sup g. cētro sīm quātitate
 linea. g. n. circūferentia ei⁹ ibit p pūctū qđē. f. ppter
 æqualitatē duar̄ linea. g. n. & g. f. per punctū āt. h.
 ex cōuersa trigēmē tertii; āgulo. h. recto exīte; quā
 obrē & linea. g. h. erit semidiāmet̄ eiusdē circuli ēq̄
 lis semidiāmetro. g. f. q̄ ēt æqualis est ipsi. f. h. triāgu
 lis ergo. f. g. h. erit æqlaterus & ideo angulus. f. g. h.
 æqualis erit angulo. g. f. h. sed āgulus. g. f. h. cum an
 gulo. a. f. h. simul æquales sunt duob⁹ rectis p tertia
 decimā primi q̄re & p cōem cīam duo anguli. f. g. h.
 & a. g. k. valebūt duos rectos; atq̄ iccirco q̄radecim
 k. primi rōcināte duę linea. h. g. & g. k. sibi directe cō
 iungunt̄; & sunt vna linea. C. Quā pulchre certiore
 me reddidisti de eo quod quērebā; vnde iterum sen
 tentiā huius hois cōfutare poterimus. Sed reliqua
 lect⁹ litter⁹ salua ne sūt oīa! V. Immo iep̄ta sunt &



friuola. Quādiu. n. ingt centrē epicycli erit i isto arcu deferētis q est inter duo pūcta vel capita linea & cōtingētiū q capitā sūt ppīqua opposito augis & equā tis: semp erit: i opposito augis deferētis & reliq. C. Vellē audire qua nā rōne illud destruetes: V. Resume igī lineā. a. c. cū paruo circulo & duab' lineis re/atis eum cōtingētib' iter quas intelligaf' centrē epicycli in parte oppositi au/gis & equātis verbī grā i punto. k. ducaturq' linea recta p ipsum. k. punctum & centrē mundi secans circunferentiā parui circuli i pūcto. l. Si igī ut ille attumat centrē epicycli est in opposito augis eccentrici: necesse ē cētrē quoque eccentrici deferētis i linea. k. l. repiri. C. Netno iſicias ibit: necesse enim est sem p hēc quattuor pūcta: augē eccentrici centrumq' eius & centrē mundi atq' op/positū augis i vna cōtineri linea recta. V. Centrē at eccentrici circūferētia par

a



ui circuli nūquā deferit: quāobrē cētrē eccentrici de/ferētis i pūcto. l. necessario cōstituet. C. Quid tum postea: certa sūt. n. quēcūq' assumis. V. Audies cō/tinuo si prius centrē equātis cū cētro epicycli p li/neā. g. k. copulaueris. C. Factū. V. Iā syllogismum paulo supius factū resumēs ocludo linea. n. l. lōgio rē ē semidiāmetro pui circuli. f. l. atq' iccirco āgu/lū. l. f. n. angulo. f. n. l. maiorē q' angulus. f. n. l. qui si sit equalis. k. n. c. angulo cōtra posito: & ille qdē ex trinsecus ad triāgnlū. g. k. n. angulo intrinseco. k. g. n. maior phibet: erit ob ea rē cōi scia itere dēte ā/gulus. l. f. n. maior ipso angulo. k. g. n. ac demū an/gulus. a. g. k. socius anguli. k. g. n. maiorē cōuīceſ angulo. a. f. l. Nā si a quātitatib' equalib' inēq'les abstuleris: residuū maioris ablatē minus erit resi/duo minoris. C. Certū id accipio. V. Nō igī aq' velociter mouebant: cētrē qdē epicycli respectu cē/trē equātis: cētrē aut̄ deferētis respectu cētri parui circuli: qdē est incōueniēs & cōtra vnanimē oīum astronomor̄ sūia. C. Pulchre admodū ſeptias hu

ius hoīs detexisti. Quae rātæ tāq' crebræ p̄ſertim ſi

Mercurio faere: vt reliquas oēs assertūculas suas cōraminare videant: multo ſt iustius cōmētatores oēs despiciēdos censeo: q' me atq' alios plurimos iam diu suis nebulis ac deliramētis iniq' tremorati sūt. Sed qd̄ respōderes obſecro rōni quā ex æqualitate motuū cētri epicycli ac cētri deferētis elicere conatur: V. Quid nā aliud dicere nīſi q' hēc sua argumētatio nullā formā hñs neq' lo/cū ſicut de cētro mūdi nihil assumit: ita qui cquā de ipso cōcludere neq'get. Nā haud aliter iſere licere centru epicycli & cētrē deferētis ēē ſemp i vna linea re/eta cū quolibet alio pūcto linea. a. c. C. Aliud ne tenes de hac te p̄ferendū: V. Iā id ſatis ē. C. Ergo ad locū ordo me ducet q' initio cōfabulatiōis noſtre ani/mum pulsauit meū. V. Quē reſt: C. Æquatiōes inquit argumentor̄ quæ


scribuntur tabulis sunt equationes ac si semper fuisset centrum epicycli in interse-
ctione circuli aequatis cum deferentia: & paulo inferius. Quare oportet: quod tria
paria sint minuta proportionalia. scilicet minuta proportionalia ad longitudinem logio-
rem: & sunt excessus linearum excentricarum a centro terrae ad centrum epicycli ipso exente
in auge deferentis ad lineam excentricam ab eodem centro terrae ad intersectionem circulorum:
excessus dico diuisus in lx partes quod de his verbis tibi visum est: V. aequaliter es argu-
mentorum in tabulis scriptarum non sunt ad hunc modum intersectionem circulorum computatrum que/
admodum ipse dicit: vero potius secundum mentem Ptolomei ad eum situm centri epicy-
cli ubi distatia eius a centro mundi aequaliter semidiametro deferentis: quod ipse in lx. aequaliter
partes more suo diuisit. Nam si recte numeraueris aequaliter argumenti maxima quod ac-
cidit centro epicycli exente in predicta intersectione. xxii gradus & xxv minuta non
excedit: ea autem quam habet tabulae xxii gradus & duo minuta complectit. Dux n. cen-
trum epicycli ab auge aequatis medio cursu suo distat per gradus. lviii. & minuta.
xx. fere: ipsum constituit in intersectione circulorum deferentis & aequatis. Tunc autem di-
stantia eius a centro mundi habet partes. lxi. quales. lx. sunt in semidiametro deferentis & in
supernum minuta. xxxvii. unius partis. Haec igitur quod sciam triangulum planorum habens fa-
cile confitebitur. C. De minutis autem proportionalibus quod: V. Duplex peccat: primum qui/
datur per ipsa minuta proportionalia per excessus linearum velut in aliis planetis: non aequali-
tatem argumenti maxima sive relationem considerat: partim vero quod situm epicycli
in intersectione supra memorata in hisce minutis proportionalibus extrahendis ob-
seruat: cum in eo sita potius statu edus sit epicyclus ubi a centro mundi. lx. memora-
